

1236, novembre, 19

*Arnau de Púbol fa donació al monestir de Valldemaria dels drets que té als masos Vives, Pruna i Rovira de Sant Genís de Palafolls.*

ASD núm. 113, perg. orig., 150 x 165 mm.

Notum sit cunctis quod ego Amaldus de Pubulo, per me et per omnes meos presents atque futuros oh remedium anime mee, parentum meorum et omnium fidelium defunctorum, facio donationem inter uiuos domino Dea et Sancte Marie de Ualle de Maria in manu et potestate Beatrisse priorisse et conuentus eiusdem laci, uidelicet tres mansos et omnia mea iura et dominia et census et agraria et quicquid habeo uel liabere debeo, accipio et accipere debeo in predictis tribus mansis, scilicet in mansa Ferrarii Uiues et in mansa Guilielmi Pruna et in mansa Berengarii de Ruuira, quos habeo et teneo per Guilielmum de Palafollis in parrochia Sancti Genesis de Palafollis, in laco qui dicitur Garsenons, prout melius potest dici uel intelligi ad comodum et utilitatem predicti monasterii Sancte Marie de Ualle de Maria et conuentus eiusdem laci. Predicta quidem omnia dicto monasterio dono et in presenti trado pro salute anime mee et in presenti cum hac instrumento mitto de predictis omnibus monasterium predictum et conuentum eiusdem in corporalem possessionem ad habendum et tenendum et pacifice possidendum ad suam uoluntatem perpetuo faciendam, sine aliquot retentu quem inde non facio, omnibus meis uocibus et rationibus et meorum inde perpetuo extinctis et penes dictum monasterium translatis, promittendo dicto monasterio et conuentui eiusdem quod ego uel heredes mei non possimus de cetero hanc donationem reuocare nec in aliquo contra eam uenire, imo semper donationem predictam ratam habeam et firmam, et contra eam non ueniam aliquo iure uel ratione.

Actum est hoc .XIII. kalendas decembris anno Domini .MCCXXXVI.

Sig+num Arnaldi de Pubulo, qui hoc firmo et laudo firmarique rogo. Sig+num Berengarii de Pulcroforti. Sig+num Guilielmi de Manso. Sig+num Bartolomei Garriga. Sig+num Guilielmi de Dominic. Sig+num Guilielmi de Palafollis, qui hoc firmo et laudo pro franco alodio. Sig+num Ulliardis, uxoris eius, sig+num Petri, filii eorum, sig+num Raimundi filii eorum unam (*sic*) qui hoc firmamils et laudamus pro franco alodio. Sig+num Berengarii leuite, in cuius manu Guilielmus de Palafollis et Ulliardis coniux eius et Petrus et Raimundus eorum filii hanc cartam firmauerunt. Sig+num Guilielme de Caprarie, filie Guilielmi de Palafollis.

(s. *man*) Petri presbiteri, qui hoc scripsit cum litteris suprascriptis in .X. linea, ubi dicitur "perpetuo", die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 238-239

